

XVII.  
**Programm**

des

**Stadtgymnasiums zu Stettin**

Ostern 1886.

---

Inhalt:

De M. Cornelio Frontone imitationem prisici sermonis latini adfectante. Particula posterior.  
Vom ord. Lehrer Carl Priebe.  
Schulnachrichten. Vom Director Hugo Lemcke.



STETTIN.  
Druck von Herrcke & Lebeling.

1886.

1886. Progr.-Nr. 129.



177

PROGRAM

Stahlgymnasium zu Glatz

## De M. Cornelio Frontone

imitationem prisca sermonis Latini adfectante.

Pars II\*).

### De imitatione.

Scriptorum Latinorum magnam partem alium ad alium satis notum est non modo rationem dicendi sese finxisse et accommodavisse, verum etiam quod eleganter dictum atque ingeniose subtiliterque esset excogitatum, si forte in rem ornandam convenire videretur, id in suum usum convertisse nec raro aliis verbis interpositis variasse atque in alias res easque diversissimas transulisse<sup>1)</sup>. Quod nihil apud veteres habuit offensionis<sup>2)</sup>; nec Frontoni antiquario id vitio verteris, dummodo vocibus sententiisque a praeis potissimum scriptoribus depromptis ad inanem verborum strepitum ne abusus esset. Quoniam vero non quid sed quomodo diceretur eius interfuit idque egit, ut orationi suae colorem vetustatis appingeret<sup>3)</sup> atque ipsius antiquarum litterarum cognitionem ostentaret quam accuratissimam, materiae rationem parum habuit sed quam multa potuit aliunde et haud scio an de excerptis suis ea arcessita et attracta varie effuseque congescit effinxitque; id quod cum multis aliis tum maxime epistula de feriis Alsensibus conscripta satis superque comprobatur<sup>4)</sup>. Neque vero praetermittendum est, praeterquam quod nonnulla ut in de-

\*) Pars I in priore huius gymnasii programme perscripta est.

<sup>1)</sup> cf. praeter alios Zingerle, Ovidius und sein Verhältnis zu den Vorgängern und gleichzeitigen römischen Dichtern, Innsbruck 1869, 1871; Hertz, Aulus Gellius und Ammianus Marcellinus, Hermes tom. VIII, p. 257—302. — <sup>2)</sup> cf. Hor. ep. ad Pis. v. 47 et 240; Quint. X, 2. — <sup>3)</sup> Front. ad M. Antonin. de eloqu. p. 151, 8; 152, 14. — <sup>4)</sup> Tota haec epistula aliorum verbis sententiisque conglutinata est. Conferas velim p. 224 v. 2 cum Plaut. Amph. prol. 131, v. 7 cum Cic. Brut. 14, v. 12 cum Vergil. Aen. VI, 327 vel Hor. carm. II, 14, 3, v. 14 cum Plaut. Asin. III, 1, 15, v. 16 cum Ovid. met. VII, 431, v. 17 cum Plaut. Rud. II, 1, 10, v. 20 cum Plaut. Cure. I, 1, 32, all., v. 25 cum Cic. Brut. 83 (287.), p. 225 v. 1 cum Plaut. Mil. III, 2, 38, Poen. III, 2, 25, v. 2 cum Plaut. Pers. II, 3, 11, v. 3 cum Plaut. Asin. cat. 1. all., v. 7 cum Vergil. ecl. III, 91, v. 14 cum Plaut. Cas. prol. 26, all., p. 226 v. 1 cum Cic. Brut. IV, 16, v. 2 cum Liv. XXIX, 27, 2, v. 17 cum Plaut. Mil. I, 1, 3, v. 24 cum Plaut. Capt. III, 1, 8, p. 227 v. 8 cum Lucr. I, 23 et Enn. annal. I, 118, 165, v. 15 cum Plaut. Amph. III, 2, 25, all., v. 20 cum Plaut. Trin. II, 2, 50, p. 228 v. 9 cum Lucr. IV, 224, 723, v. 15 cum Vergil. Aen. X, 808, v. 21 cum Lucr. VI, 141, v. 24 cum Enn. trag. v. 107 (Vahl.), v. 25 cum Vergil. Aen. VI, 323, 374, v. 26 cum Vergil. Aen. VI, 400, v. 27 et 28 cum Vergil. Georg. IV, 483, Aen. VI, 576, Lucr. IV, 171, VI, 254, p. 229 v. 15 cum Vergil. Aen. I, 691, III, 511, Lucr. IV, 904, p. 230 v. 2 cum Vergil. Aen. V, 215, 216, v. 5 cum Lucr. IV, 451.

scriptione boni strenuque ducis quae in commentariolo est de principiis historiae composito (cf. p. 207 sq. cum Liv. XXI, 4, Tac. ann. XIII, 35, hist. II, 5) quaeque de Parcis dicit in ep. ad Antonin. Aug. p. 233, 7 sq. (vide Zingerle I, p. 79 coll. Plaut. Merc. III, 1, 20) alia ex oratoria sua ut ita dicam suppellectile et apparatu<sup>5)</sup> Fronto desumere poterat, permulta, ut recte monuit Hertzius<sup>6)</sup>, ita in omnium ore atque consuetudine fuisse, ut qui usurparet unde repetita ea haberet saepe conscius sibi non esset.

Sed utcumque res se habet, Plautum, Ennium, Lucretium, Vergilium<sup>7)</sup>, Catonem, Sallustium, Ciceronem alios re vera Frontonem expilasse atque imitatum esse et alii dudum perspexerunt et testimoniis certissimis satis confirmari potest.

Nonnulla praeterea ex ingenti exceptis Plautinis comoediarum numero nec non e fabulis Atellanis mimisque excerpta quorum nihil nisi obscura quaedam frustra dolemus servata esse in Frontonianis reliquiis latere equidem suspicor<sup>8)</sup>.

Terentium cuius ne nomen quidem Fronto memorat, sive quod ille, ceteris poetis comicis in dicendo cum esset politior, pauca habuit quae antiquariis excerpere operae pretium videretur esse, sive alia de causa plane neglexit; neque in Terentianis comoediis quicquam invenitur quod inde Frontonem duxisse veri est simile exceptis fortasse versibus<sup>9)</sup> Phorm. III, 1, 6 'Quoíus nunc miserae spés opesque súnt in te uno omnés sitae' (cf. Adolph. III, 2, 33) collatis cum Frontonis verbis p. 117, 19 . . cuius spes opesque omnes in vobis sunt solis sitae; quorum tamen sententiam quod ad verba attinet haud ita dissimilem habet Plaut. Amph. V, 1, 1. Neque autem minus probabilis est Friderici Vogelii coniectura qui illis verbis Frontonem imitatum esse Sallustium (Iug. 114, 4) existimat<sup>10)</sup>. Locus mutilus p. 160, 13 Klussmanno (emendat. Fronton., excurs. V, p. 78) redolere videtur Terentium (Heaut. 314); sed id valde dubium est. Contra conferas p. 100, 27 cum Heaut. III, 1, 11.

Iam accedamus ad eos locos Frontonis componendos qui sententias aliorum scriptorum similes habent.

Quas similitudines a viris doctis ex parte deprehensas collegi, novas addidi.

## I.

Ac primum quidem poetas quos Fronto imitatus est recensebimus e quibus ante omnes Plautum respiciamus<sup>11)</sup>.

<sup>5)</sup> vide quod exposui in priore huius dissertatiunculae parte p. 7 et 8. — <sup>6)</sup> Hermes tom. VIII, p. 271. — <sup>7)</sup> Frontonem legisse atque imitatum esse Vergilium dubium esse nequit, quamvis nomen eius in harum epistularum fragmentis nusquam memoratum inveniamus. — <sup>8)</sup> Mentionem facit Fronto, ut hoc exempli gratia adferam, p. 26, 7 sq. cursoris fugitivi qui persona comica videtur esse. Scribit: 'Tum, quod cursorem fugitivom ferunt dixisse: domino sexagena currebam, mihi centena, ut fugiam, curram' e. q. s., quo conferas Senec. ep. 114, 6 'qui (Maecenas) in omni publico coetu sic adparuerit, ut pallio velaretur caput exclusis utrimque auribus, non aliter quam in mimo fugitivi divitis solent'. Porro incertus mimus a Iuven. XIII, 110 commemoratur quem ad locum scholiasta adnotavit: 'talis enim est mimus, ubi servus fugitivus dominum suum trahit'; cf. Sext. Turpil. v. 69 (Ribbeck, comic. fragm.):

Curréndum sic est, sic datur, nimium tibi sopori séruias,

Potiús quam domino, et tibi severo império quae imperáta sunt.

<sup>9)</sup> cf. Studemund, ep. crit. ad R. Klussmann p. X. — <sup>10)</sup> cf. Frid. Vogel, Quaestionum Sallustianarum p. II, in actis seminarii philologici Erlangensis vol. II, p. 408. — <sup>11)</sup> Plurimos hos locos Plautinos Frontonianorum similes Studemund quoque adnotavit in ep. crit. ad R. Klussm. p. XXX et XXI.

## Conferantur

## Fronto\*)

- 224, 2 Ego ignoro . . . te . Alsium isse, ut animo morem gereres.
- 84, 1 ipsus vi in carcerem compegit.
- 120, 18 sq. Bellicae igitur tuae laudis et adoriae<sup>13)</sup> multos habes administros . . . : eloquentia ausim dicere meo ductu, Caesar, meoque auspicio<sup>13)</sup> nata est.
- 101, 3 ut nihil sit hoc simili similium.
- 24, 20 omnimode ames qua ioco qua serio<sup>14)</sup>
- 22, 15 et 23, 1 sive (scil. equi) quadrupedo<sup>16)</sup> currant atque exercentur seu tolutum.
- 225, 3 utique verbo vetere faceres animo volup?
- 102, 19 ne temet ipse defrudes<sup>18)</sup>.
- 169, 3 res ipsa testis est.
- 23, 5 deorum et tua virtute profectum tantum in eloquentia adsecutus est.
- 162, 1 et varia et maculosa maculosioraque quam nutriciae pallium.
- 145, 9 immortales seirint (Haupt., immortales ne seirint)<sup>20)</sup>.
- 128, 18 loricas . . . digitis primoribus scinderet.
- 129, 1 . . . milites quibus imperiis contineres et ad frugem atque industriam converteres.
- 215, 3 in proclivi fore.
- 65, 5 doctorum auribus servituti servientiae nosmet dedimus.

## Plautus.

- Amph.** prol. 131 Patér nunc intus suo animo morém gerit.
- I, 1, 3, . . . me in cárcerem compégerint<sup>12)</sup>.
- I, 1, 38 Império atque auspicio mei eri Ámhitruonis máxime.
- Qui praéda agroque adóreaque adfécit popularis suos.
- I, 1, 41 Ut gésserit rem púplicam ductu, imperio, auspicio suo<sup>13)</sup>.
- I, 1, 190 . . nihil hoc similist similius.
- III, 2, 25 . . . nec ioco nec serio<sup>15)</sup>.
- Asin.** III, 3, 116 . . . tolútum ni badíssas. v. 118. Nam iam calcari quádrupedem agítábo . . .<sup>17)</sup>.
- V, cat. suo animo fecit volup (cf. Cas. IV, 2, 5).
- Aul.** IV, 9, 14 . . . egomet me defraudáui.
- III, 2, 7 . . . res ipsa testis.
- II, 1, 44 Égo uirtute déum et maiorum nóstrum diues sum satis<sup>19)</sup>.
- Bacch.** III, 3, 30 Fieret corium tam maculosum quamst nutriciae pallium.
- III, 3, 64 . . . Ne di seirint.
- IV, 4, 24 Sic hoc digitulis duobus sumebas primoribus<sup>21)</sup>.
- IV, 10, 9 Quod mandauis uisso ecquid eum [mi] ad frugem opera sua conpulerit<sup>22)</sup>.
- Capt.** II, 2, 86 in procliuist (cf. Ter. Andr. IV, 2, 17).
- II, 3, 31 Me hic ualere et seruitutem seruare huic homini optumo<sup>23)</sup>.

\*) vide partic. I, p. 13 sq. — <sup>12)</sup> cf. Men. V, 5, 39, Poen. V, 1393, Rud. III, 4, 10. — <sup>13)</sup> cf. Front. p. 217, 14 et 17; p. 121, 3, Liv. XXXI, c. 4., Plaut. Amph. II, 2, 25. — <sup>14)</sup> O. Ribbeck, Comic. fragm. p. 117 versus censet restituendum 'omnimode ames qua ioco qua serio'. De adverbii forma omnimode vide Lachmann ad Lucr. p. 488. — <sup>15)</sup> cf. Bacch. I, 1, 42, Amph. III, 3, 9, Front. p. 227, 15. — <sup>16)</sup> cf. Front. p. 156, 3 verum sententias eius tolutares video nusquam quadrupedo concito cursu tenere. — <sup>17)</sup> De hoc loco Frontonem cogitasse, cum quas attuli sententias conciperet, non ignoro dubitari posse. Exstat praeterea adv. tolutum ap. Lucil. lib. inc. VIII, 13 (Muell.), Varr. ap. Non. 4, 20, Plin. VIII, 42 (67). — <sup>18)</sup> vide dissert. partic. I, p. 13 fin. — <sup>19)</sup> cf. Trin. II, 2, 62, Mil. III, 1, 82 et 85. — <sup>20)</sup> vide Haupt. in indice Berol. p. 8. — <sup>21)</sup> cf. Sext. Turpil. 31 (Ribb.) Cic. ap. Non. 438, 3, Cato r. r. 40. — <sup>22)</sup> cf. Trin. I, 2, 81. — <sup>23)</sup> cf. Capt. II, 2, 84, III, 4, 13, Curc. I, 1, 40 all., quae tamen formula alibi quoque invenitur.

## Fronto.

- 226, 24 et p. 227, 1 esuriales ferias celebras.  
 8, 21 sedulo demus operam.  
 225, 14 Mare ipsum aiunt, ubi alcedonia sint, fieri feriatum<sup>25</sup>).  
 78, 12 Facio delicias.  
 74, 13 ira percitus.
- 224, 20 Quid hoc verbi sit quaeras.  
 140, 10 ubi quaesitis opus sit.  
 6, 12 Succidaneum se pro vestris periculis subdidit?  
 215, 15 bono genere nata.  
 224, 22 quae mea impudentia est.
- 221, 1 catenae inditae sunt.
- 205, 17 sagittarum ictus despicatui habentibus.  
 161, 15 Plumbei nummi.
- 186, 13 male mulcavit<sup>33</sup>)  
 233, 10 quae . . . subtile et tenue suptemen  
 neverit.
- 118, 7 et 8 satin salvae ut percontarer? an ut complecterer? an ut exoscularer? an ut confabularer?  
 227, 17 manu comminus conserta.  
 221, 25 dicta omnia et verba delenifica.  
 224 fin., 225 init. Nam qua te dicam gratia Alsium maritimum et voluptarium locum, et, ut ait Plautus, locum lubricum delegisse, nisi ut . . .

## Plautus.

- III, 1, 8 Ita uenter guttúrque resident ésurialis férias.  
**Cas.** prol. 16 . . . dabimus óperam seduló.  
 prol. 25 Tranquillum est: Alcedonia súnt circa forúm<sup>24</sup>).  
 III, 1, 14 . . . nimias délicias facís\*).  
 III, 5, 6 Ne quid ín te malí faxit íra<sup>26</sup>) per-  
 citá.  
**Curc.** I, 1, 31 Quid istúc est uerbi<sup>27</sup>)?  
 V, 1, 6 . . . quiá mi quaesitóst opus<sup>28</sup>).  
**Epid.** I, 2, 37 Ut meum térgum tuae stultítiae subdas súccidaneúm?  
 II, 1, 4 Genere natam bono<sup>29</sup>)  
 V, 2, 45 . . . Quae haec, malum, impudentia ést<sup>30</sup>)?  
**Men.** I, 1, 3 Hominés captiuos quí catenis únciunt.  
 Et quí fugitiuis séruis indunt cómpedes.  
 IV, 3, 19 . . . béne merentem tibi habes despicátui<sup>31</sup>)  
**Most.** IV, 2, 11 . . . plúmbeos qui, cúdere soles númmos<sup>32</sup>).  
 IV, 2, 23 . . . qui mé male múlcet<sup>33</sup>).  
**Merc.** III, 1, 20 . . . subtémen tenue nère.  
 III, 3, 9 Nam núnc si illuc intro íeris, amplectí uoles,  
 Confábulari atque aúsculari.  
**Mil.** I, 1, 3<sup>34</sup>) . . . cóntro consertá manu.  
 II, 2, 39 . . . domi délenifica fácta<sup>35</sup>).  
 III, 2, 38 . . . paulum lóculi erat nimis lúbrici<sup>36</sup>).  
**Poen.** III, 2, 25 Liberum út commonstrarémus tibi locum ét uoluptariúm<sup>37</sup>)

<sup>24</sup>) cf. Poen. I, 2, 143. — <sup>25</sup>) Maius confert Varr. l. VII, 88. (Muell.) — \*) cf. Men. II, 3, 30, Poen. I, 2, 68. 83. 100. — <sup>26</sup>) Bothius pro ira scribi iubet: ita; recepit Geppert. — <sup>27</sup>) cf. Cist. II, 3, 61, Pseud. II, 2, 14. — <sup>28</sup>) cf. Men. V, 5, 17. — <sup>29</sup>) cf. Epid. I, 2, 4, Aul. II, 2, 35, Cato orat. p. 41, 5 (Jord.) bono genere gnatis. — <sup>30</sup>) cf. Men. V, 2, 42. — <sup>31</sup>) cf. Cas. II, 2, 15. — <sup>32</sup>) cf. Cas. II, 3, 40, Trin. IV, 2, 120. — <sup>33</sup>) cf. Front. p. 208, 16, Bacch. IV, 9, 10, Mil. II, 2, 8, Trin. IV, 2, 142, Truc. IV, 4, 3, cf. Ter. Eun. IV, 7, 4 (Studemund). — <sup>34</sup>) Mil. glor. a Frontone commemoratur p. 121, 19 et p. 178, 19. — <sup>35</sup>) Pro 'delenifica facta' Frontonianus locus videtur demonstrare scribendum esse 'delenifica dicta', cf. Stich. III, 2, 4. — <sup>36</sup>) cf. Plin. ep. III, 3, 6. — <sup>37</sup>) cf. Sall. Cat. XI, 5, loca amoena voluptaria; Studemund. adnot. ad R. Klussmann. emend. Fr. p. 71.

## Fronto.

- 207, 24 leviora (facta) sciens dissimulavit.  
8, 17 et 18 Quae omnia quorsum tendunt?  
143, 14 quod fors fuat an frustra concupiscat.  
211, 8 existimavis lusa sit opera ista an locata.  
192, 17 utetur me apud te vel patrono vel praecatore.  
185, 12 Cum amico omnia amara et dulcia communicata velim.  
40, 6 (oratio) fit plane inpudens atque inpudica.  
224, 16 sq. convivium deinde regium agitates conchis<sup>40</sup>) omnium generum, Plautino piscatu hamatili, ut ille ait, et saxatili e. q. s.  
215, 1 . . insidias locat.  
88, 1 ut . . . animo male fieret<sup>42</sup>)  
157, 1 Etiam laminae interdum argentiolae cloacis inveniuntur.  
73, 6 . . quae ad aures prius accidunt.  
227, 20 nam se quisque adfinem esse negotio et adtingi iniuria ait.  
156, 14 oleas . . . ut calculos praestrigiator primoribus labris ostentet.  
150, 15 et 16 . . Consiliario<sup>44</sup>) huic magis aetati opus est quam auxiliario.  
181, 13 (Di . . . ) et mihi filiam et tibi uxorem, ut recte proveniat favebunt, (Klussm. em. Fr. p. 65 fovebunt) et familiam nostram liberis ac nepotibus augebunt.

## Plautus.

- prol 112 . . sed dissimulat sciens.  
**Pseud.** I, 2, 81 Quóssum haec tendant . .  
I, 5, 17 Fors fuat an istaec dicta sint mendacia.  
I, 3, 135 . . . operam ludimus<sup>38</sup>).  
cf. **Amph.** I, 1, 122 . . óptumam operam dás datam pulcré locas<sup>38</sup>)  
II, 2, 12 Nam égo precató et patronus fóribus processí foras.  
II, 4 1 Dúlcia atque amára aput te sum élocutus ómnia<sup>39</sup>).  
**Rud.** I, 2, 27 Et ínpudicum et ínpudentem hominem áddecet.  
II, 1, 10. Post íd piscatum<sup>41</sup>) hamátilem et saxátilem adgredímur.  
II, 5, 17 . . . insidiás locet (cf. **Curc.** I, 1, 25)  
II, 6, 26 Perii, ánimo male fit.  
IV, 4, 125 Póst sicilicula árgenteola et duae conexae mániculae.  
**Stich.** I, 2, 31 Céerto enim mihi patérnae uocis sónitus auris áccidit.  
**Trin.** II, 2, 50 Púplicisne adfínis fuit an máritumis negótiis?  
IV, 2, 65 Atqui etiam modo uórsabatur míhi in labris primóribus<sup>43</sup>).  
**Truc.** II, 1, 6 Magisque ádeo consiliárius hic amícust quam auxiliárius.  
II, 6, 35 Quóm tu recte próuenisti quómque es aucta liberis.  
Gratulator.

<sup>38</sup>) vide diss. partic. I, p. 14. — <sup>39</sup>) cf. **Pseud.** I, 1, 61, **Truc.** II, 3, 25. — <sup>40</sup>) cf. **Rud.** II, 1, 15. — <sup>41</sup>) cf. **Rud.** IV, 2, 6, **Most.** I, 63 (**Cic. fin.** II, 8, 23). — <sup>42</sup>) p. 81, 17 animo bene fuit. — <sup>43</sup>) cf. p. 62, 5 et **Klussmann** et **Studemund** de hoc loco disserentes (emend. Fr. p. 43). — <sup>44</sup>) cf. p. 175, 8. sq. tuo hospiti, contubernali, consiliari, quod substantivi vi instructum alibi non reperitur; adiect. forma est ap. **Paul.** **Dig.** I, 22, 5.

## M. Aurelius

his fere locis imitatus est\*):

- 45, 4 te socium et optionem mihi sumo.  
 99, 11 Fr. ad M. scribit: in oratione tua Cyzicena, cum deos praecararis, et si fas est, obsecro<sup>45)</sup> addidisti: quod ego me non memini legisse.  
 49, 19 . . . olunt captiosum dictum opinatus captionem.  
 28, 24 ut in ludum tuum pedem introferam.  
 27, 5 sq. Nam illius quidem, ut Plautus ait, amoris imber grandibus guttis non vestem modo permanavit, sed in medullam ultro fluit.  
 75, 17 sq. Sed tamen negotium belle se dedit. Benest; gaudeo.  
 253, 19 adprobaris minus amantibus magis opitulandum ac largiendum esse.  
 67, 18 istas ubas multo commodius passas quam puberes manducare.  
 85, 4 pro amicis bene optes, ceteris bene velis<sup>50)</sup>  
 48, 3 sq. ut istum diem quo mihi natus es tecum firmo te laetorque concelebrem<sup>51)</sup>.  
 47, 22 Minervam genibus nixus obsecro atque oro.  
 138, 13 magistrum doctis dictis consolari audeam.

## Plautum

- Asin.** I, 1, 88 Tibi óptionem súmito Leónidam.  
**Bacch.** IV, 9, 102 Nunc sí me fas est [órare etiam] aps té, pater,  
 Da míhi ducentos númmos Philippos, te ópsécro.  
**Epid.** II, 2, 112 nihil in eá re captio ést<sup>46)</sup>.  
**Men.** II, 3, 29 . . qui húc in hanc urbém pedem, Nísi hodie, numquam íntro tetulit<sup>47)</sup>.  
**Most.** I, 2, 62 Contínuo pro imbre amór aduenit . . .  
 Is úsque in pectus pérmanauit, pérmadefecit cór meum<sup>48)</sup>.  
**Merc.** II, 2, 27 Bene hércle factum et gaúdeo. —, 29 Benést.  
**Mil.** III, 1, 27 Míhique amanti ire ópitulum<sup>49)</sup> atque eá te facere fácinora.  
**Poen.** I, 2, 99 Siquidem tú es mecum futúrus pro uua pássa pensilís.  
 I, 2, 160 Quin tibi qui bene volúnt, bene vis itém<sup>50)</sup>?  
**Pseud.** I, 2, 32 Nám mi hodiést natális dies: eum décet omnis uos cóncelebrare.  
**Rud.** III, 3, 32 . . . ét Venus alma ámbae te opsecrámus,  
 Aram ámplexantes hánc tuam lacrumántes, genibus nixae.  
**Trin.** II, 2, 99 Múlta ego possum dícta docte<sup>52)</sup> et quámuis facundé loqui.

\*) vide partic. I, p. 15 et 16.

<sup>45)</sup> vide Maii adnot. — <sup>46)</sup> cf. Epid. V, 2, 37, Most. III, 3, 19, Truc. II, 7, 65. — <sup>47)</sup> cf. Men. IV, 2, 66, IV, 3, 18, Most. II, 2, 40. — <sup>48)</sup> Ritschl: 'Non est credibile huc spectare quae in Frontonianis leguntur.' Sed minime id a ratione quam Fronto eumque aemulatus Marcus secuti sunt abhorret. Censor anonymus (Ad. Kiessling) versus censet restituendos esse (in Indice philol. I, 60): amoris imber guttis grandibus non vestem modo permanavit sed in medullam ultro fluit.

Fortasse haec verba fragmentum comoediarum deperditarum Plauti vel alius cuiusdam poetae habenda sunt. — <sup>49)</sup> cf. Curc. II, 3, 54, Cas. II, 3, 45. — <sup>50)</sup> cf. Front. p. 213, 6, Plaut. Merc. II, 1, 21, Trin. II, 4, 36. Pseud. I, 3, 4, Poen. III, 3, 26, Asin. V, 1, 13, Most. I, 4, 24, all. — <sup>51)</sup> Pseudulus Plautina Frontoni et Marco prae ceteris huius poetae fabulis videtur placuisse. Quod quamvis certis argumentis statui non possit, tamen in eis epistulis quibus ad diem natalem alter alteri gratulantur eos veri simile est hanc comoediam secutos esse, id quod exempli gratia ep. III, 9 perlegenti vix dubium esse potest. ceterum tota haec epistula Plautinis verbis target. — <sup>52)</sup> Ritschl: docta dicta, et sic Studemund.; cf. Enn. ann. v. 274 (Vahl).



## M. Aurelius.

36, 19 Sed utrumque in ambiguo est.

75, 12 C. Aufidius animos tollit, arbitratum<sup>53</sup>) suum in caelum fert.

## Plautus.

II, 4, 194 In ámbiguo etiam núnc est.

Truc. II, 8, 10 . . . animos sústulit.

Ex epicis poetis imprimis Ennium, Lucretium<sup>54</sup>), Vergilium Frontoni videmus placuisse. Quos inter et rerum et sententiarum ea est communio, ut Lucretius pariter ac Vergilius Ennium non solum studiose aemulati sint sed etiam totos fere eius nonnullos versus leviter variatos in sua carmina epica receperint<sup>55</sup>). Itaque quas apud Frontonem invenimus communes ei cum tribus illis poetis sententias similiterque conceptas ad quem potissimum eorum sint eae referendae nonnunquam dubitari potest. Qua re omissis eis quae viri docti e Frontonis reliquiis eruta Ennianis fragmentis recte iam addiderunt nihil inveni quod ex Ennio Frontonem duxisse equidem contenderim, quamquam ab hoc ille poeta quasi epicae poesis Romanae parens summo in honore habitus studiosissimeque lectus est<sup>56</sup>). Potuit sane id quod Ecksteinus rectissime ut videtur restituit 'ad luminis oras' (p. 227, 8) et ex Ennio (ann. v. 118 et 165) et ex Lucretio (cf. I, 22, V, 1453) desumere, sicut cum in negotiis Ditis patris commemorandis verbis 'templa infera' pro Acheronte (p. 228, 24) uteretur, vel illa Enniana 'Acherunsia templa'<sup>57</sup>) (trag. v. 107. Vahlen) vel Lucretiana (I, 120, III, 25, III, 86) animo eius censeo obversari potuisse.

Iam videamus quibus locis Fronto imitatus esse Lucretium et Vergilium putandus sit.

Ac primum quidem conferendus est locus quo de Somno agitur (p. 230, 4 sq.) apud Frontonem et Lucretium (IV, 959 sq.) quem illum ad imitandum sibi proposuisse iam Lachmannus recte perspexit:

## Fronto.

230, Donat (scil. somnus) et multa somnia amoena, ut quo studio quisque devinctus esset, ut histrionem in somnis<sup>58</sup>) fautor spectaret, ut tibicinem audiret, ut aurigae agitati<sup>58</sup>) monstraret, milites somnio vincerent, imperatores somnio triumpharent e. q. s.

## Lucretius.

IV, 959 Et quo quisque fere studio devinctus adhaeret,

Aut quibus in rebus multum sumus ante morati

Atque in ea ratione fuit contenta magis mens,  
In somnis eadem plerumque videmur obire;  
Causidici causas agere et componere leges,  
Induperatores pugnare ac proelia obire  
970 Et quicumque dies multos ex ordine ludis  
Adsidas dederunt operas . . .

976 . . . etiam vigilantes ut videantur

Cernere saltantis et mollia membra moventis,

Et citharae liquidum carmen chordasque loquentis,

Auribus accipere, et consessum cernere eundem  
Scenaique simul varios splendere decores.

<sup>53</sup>) cf. Asin. IV, 1, 21, Amph. I, 1, 103, Rud. V, 2, 69 all. — <sup>54</sup>) cf. partic. I p. 6 et 8. — <sup>55</sup>) cf. Vahlen, Ennianae poesis reliqu. praef., Zingerle, Ovidius u. sein Verhältn. etc. II. — <sup>56</sup>) cf. praeter alios locos in indice Naberianae editionis sub 'Ennio' enumeratos Front. ad. M. Caes. IV, 12, p. 74, 4. — <sup>57</sup>) vide Ribbeck, Scenicae Roman. poes. fragm. vol. I, praef. p. XX. — <sup>58</sup>) vide Lachmann ad Lucr. p. 264.

## Fronto.

- 228, 7 Iovem patrem ferunt . . . . aevum vi  
medium uno ictu percussum in duas par-  
tis undique paris diffidisse.
- 228, 21 neve motus venti cuncta funditus per-  
cellerent, silvas et sata radicitus  
haurirent.
- 148, 16 . . . nullius ante, nisi unius Caii  
Sallusti trita solo<sup>59)</sup> sensum . . . protulisti.

## M. Aurelius.

- 253, 6 Sed me Caesaris oratio uncis ungui-  
bus adinet.
- 231, 17 in quo plura solacia vitae huius  
habeo.

## Lucretius.

- IV, 723 Multa modis multis in cunctas un-  
dique partis.  
Tenvia . . .  
cfr. IV, 224.
- VI, 141 Hic (scil. flatus), ubi lenior est, in  
terra cum tamen alta  
Arbusta evolvens radicitus haurit  
ab imis.
- I, 926 Avia Pieridum peragro loca nullius ante  
Trita solo. (id. IV, 1.)

## Fronto.

- de feriis Alsiens. 228, 23 sq. Ditem quoque  
patrem causatum, multa opera multaque cura  
templa infera<sup>60)</sup> aegre coerceri, amni-  
bus et paludibus et stagnis Stygiis  
Acheruntem aegre commoeniri; canem de-  
nique custodem apposuisse umbris terri-  
tandis, quae aufugere<sup>62)</sup> ad superos cu-  
perent, eique cani trinas latrandi  
fauces ac trinos hiatus trinasque den-  
tium formidines<sup>63)</sup> addidisse.
- 229, 14 Hoc, inquit, suco soporem homi-  
nibus per oculorum repagula inriga:  
cuncti, quibus inrigaris, ilico post pro-  
cumbent proque (sic bene coni. Klusm. p.  
72) mortuis immobiles iacebunt.
- 230, 1 . . . et cum fremitu equestri, sed pla-  
cide et clementer pinnis teneris in modum  
hirundinum advolare, non ut columbae  
alis plaudere.

## Vergilius.

- Aen. VI, 323 Cocyti stagna alta vides Sty-  
giamque paludem<sup>61)</sup>.
- Aen. VI, 400 . . . licet ingens ianitor antro  
Aeternum latrans exsanguis terreat umbras  
Georg. IV, 483 . . . tenuitque inhians tria  
Cerberus ora
- Aen. VI, 576 Quinquaginta atris immanis  
hiatibus hydra.
- Aen. III, 511 . . . fessos sopor inrigat artus.
- Aen. I, 691 At Venus Ascanio placidam per  
membra quietem  
Inrigat. (cf. Lucr. IV, 904.)
- Aen. V, 215 Fertur (scil. columba) in arva vo-  
lans plausumque exterrita pinnis
- Aen. V, 516 Plaudentem nigra figit sub  
nube columbam.

<sup>59)</sup> Hic latere versum Lucretianum iam 'tresviri Berolinenses' recte perspexerunt. — <sup>60)</sup> vide supra. —  
<sup>61)</sup> cf. Aen. VI, 374, Hor. carm. IV, 8, 25. — <sup>62)</sup> cf. Lucr. IV, 37 et 38. — <sup>63)</sup> cf. Lucr. IV, 171 et VI, 254.  
Ceterum iterum moneo totam fere hanc epistulam et vocabulis et sententiis ab aliis scriptoribus arcessitis prorsus  
quasi consutam esse. (vide quae p. 1 adnot. 4 breviter composui.)

## Fronto.

- 213, 21 nebulas nubesque putari deas et in caelo conspici, et, ut poetae ferunt, amirci deos nubibus e. q. s,
- 237, 21 delphinus excipit (scil. Arionem), sublimem avehit.
- 224, 12 . . in devi [um] quantum poter [as] litus pergeres et raucas paludes ambires.
- 118, 6 ut . . si possem te longo post tempore convenirem. (cf. p. 184, 23.)
- 160, 14 Tiber amnis et dominus et fluentium circa regnator undarum<sup>65</sup>.
- 228, 15 noctes diesque negotiis exercebant.

## Vergilius.

- Aen. I, 412 Et multo nebulae circum dea fudit amictu.
- Aen. I, 516 Dissimulant, et nube cava speculantur amicti.
- Aen. I, 259 . . sublimemque<sup>64</sup>) feres ad sidera caeli  
Magnanimum Aeneam.
- Aen. VI, 327 . . et rauca fluenta Transportare prius.
- Aen. VI, 409 . . longo post tempore visum (cf. Ecl. I, 29).
- Aen. VIII, 77 Corniger Hesperidum Fluvius regnator aquarum.
- Aen. X, 808 . . ut possint sole reducto Exercere diem.

De **Ovidio** (met. I, 89 sq.) Fronto fortasse cogitavit cum scriberet verba p. 215, 11 Iam illud a poetis saeculum aureum memoratum, si cum animo reputer, intellegas neglegentiae saeculum fuisse, cum ager neglectus fructus uberes ferret, omniaque utensilia (cod. utens ille) neglegentibus nullo negotio suppeditaret.

- Conferas etiam Fr. p. 149, 14 Vocis modulatae amatores primas audisse feruntur aves verenas luco opaco. Post pastores recens repertis fistulis se adque pecus oblectabant.
- 224, 16 et 17 convivium deinde regium agitares.
- Met. I, 687 . . Quaerit quoque; namque reperta  
Fistula nuper erat, qua sit ratione reperta.
- Met. VII, 431 . . Agitant convivia patres

**Horatium**<sup>66</sup> (carm. III, 30, 1.) resipiunt verba Frontonis p. 120, 12: 'possum iam de vita laeto animo excedere, magno operae meae praetio percepto, magnoque monumento ad aeternam gloriam relicto.' Cui porro Frontonem debuisse veri simillimum est versus particulam quae est

- Front. princ. hist. p. 207, 15 Sero ipse<sup>67</sup>) post decisa negotia lavari.
- Hor. epist. I, 7, 59 Et ludis et post decisa negotia Campo.

<sup>64</sup>) cf. Ovid. met. IV, 364. — <sup>65</sup>) Contulit hunc locum cum versu Vergiliano Maius. Naberus de hac re dubitat, cum totus locus certe obscurus sit. Fortasse hanc sententiam et Vergilius et Fronto ex eodem fonte i. e. ex Ennio hauserunt; verba enim illa Frontonis subsequitur versus Ennianus quem Cicero quoque (Orat. 48, 161) servavit; cf. Vahlen, Enn. poes. reliqu. ann. 68. — <sup>66</sup>) M. Aurel. Horatii lectione ni fallor abstinuit; cf. p. 17, 12 Horatius cum Polione mihi emortuus est. Id Herodes non aequo fert animo. — <sup>67</sup>) vide Studemund et Klussmann p. 69; Hertz, Renaissance u. Rococo p. 47, adn. 76.

Formulam a Festo quoque memoratam (Heind.)<sup>68</sup> qua Marcus usus est 'Si quempiam condemnas, parum cavisse videtur, ais' (Front. p. 227, 13) videtur spectare Horatianum illud 'quas (scil. maculas) aut incuria fudit aut humana parum cavit natura' (ep. ad Pis. v. 353).

Haec sunt quae et alii Frontonis cum poetis Romanis similia, quantum equidem sciam, passim commemoraverunt et ipse epistulas eius accurate perscrutatus inveni; quibus haud scio an addenda sint **Luciliana** libr. inc. XXX, 97 (Muell.) 'tritum et corruptum scabie et porrigini plenum' (cf. XXX, 88) coll. c. Front. p. 161, 14 'Scabies, porrigo ex eiusmodi libris concipitur'. Quod Fronto habet p. 89, 20 et 21 'postea etiam inguem ex ulcere extitit' (cf. Lucil. libr. inc. 39 'inguen ne existat') potius fortasse ad Ciceronem referendum est<sup>69</sup>.

Multa denique cum apud Marcum tum maxime apud Frontonem inveniuntur quae poeticum prae se ferant colorem; quae autem quo referenda sint nos prorsus ignoramus<sup>70</sup>. Conferas, ut hoc unum exemplum addam, Frontonis verba

p. 122, 15 ut fragoribus nubium et sonoribus procellarum, velut quibusdam caelestibus vocibus, altissimum imperium a contemptu vindicaret<sup>71</sup>.

cum Verg. Aen. I, 153 Ille regit dictis animos et pectora mulcet:

Sic cunctus pelagi cecidit fragor

Verg. Aen. IX, 651 .. et saeva sonoribus arma vel Val. Flacc. V, 306 mixtum sonoribus imbrem et VI, 504 virum lituumque fragores vel Lucr. VI, 1183 plenaeque sonoribus aures.

## II.

Ex prosae orationis scriptoribus Fronto imprimis probavit atque imitandos sibi proposuit Catonem et Sallustium, sed ita de eis existimavit, ut hunc in historia illum in eloquentia primas agere vellet<sup>72</sup>. Praeter hos laudat Claudium Quadrigarium historicum et Gracchum<sup>73</sup> turbulente contionantem, sed Pictorem, Antiatem, Sisennam haud perinde probat; de Calvo nihil nisi rixari eum in iudiciis adicit. Qui ad Frontonis rationem dicendi quid valuerint ne divinari quidem potest. At materia prae vocabulis neglecta cum excepto commentario de principiis historiae in modum Sallustii ut videtur confecto nihil nisi epistulas, orationes, exercitationes rhetoricas<sup>74</sup> et de levissimis rebus eas sed rarioribus verbis conscriberet, plura ad elocutionem suam exornandam Fronto e poetis quam e simpliciore oratorum et historicorum sermone desumpsisse putandus est.

De Cicerone inconstanter et quasi frigide iudicavit<sup>75</sup>, sed scripta eius studiosissime lectitavit<sup>76</sup>. In epistulis autem eius quibus nihil perfectius<sup>77</sup> esse Fronto existimavit ne unum quidem exemplum inveni quo hunc eas imitatum esse eluceat.

<sup>68</sup>) vide Naberi edit. p. 227, adnot. 10. — <sup>69</sup>) cf. Klusmann, emend. Front. p. 78; vide infra p. 13. — <sup>70</sup>) Klusmann ibid. — <sup>71</sup>) In margine codicis: 'Laus eloquentiae'. — <sup>72</sup>) cf. partic. I, p. 6. Notabilia sunt Marci verba tumida p. 36, 11 sq.: Ego tibi de patrono meo M. Porcio gratias ago, quod eum crebro lectitas. Tu mihi de C. Crispo timeo ut umquam gratias agere possis; nam uni M. Porcio me dedicavi atque despondi atque deligavi. Quem ad locum Bernhardt, Hist. litt. Rom. p. 91 (adnot. 66) particulae atque repetitionem in antiquariorum elegantiss. esse habendam adnotat. (cf. Front. p. 63, 16.) — <sup>73</sup>) cf. Front. p. 54, 18 et M. Aurel. p. 56, 4. — <sup>74</sup>) Commentariolum 'de differentiis vocabulorum' Frontonem scripsisse omnium fere consensu incredibile est. — <sup>75</sup>) vide Teuffel, Hist. litt. Rom. p. 801, 6. — <sup>76</sup>) cf. Front. p. 63, 11. — <sup>77</sup>) cf. p. 107, 15; cf. etiam partic. I, p. 7.

Porro Frontonem Tacitum et Livium etsi eos non memoravit, diligenter legisse veri est simillimum. Plinium minorem ep. III, 2, 5. 'Itaque magni aestimo dignitati eius aliquid adstruere inopinantis, nescientis, immo etiam fortasse nolentis, adstruere autem quod sit splendidum nec molestum' redolent Frontonis verba quae sunt p. 178, 23 et 24 'Tuae propriae gloriae addideris, quantum dignitati praedicatoris tui adstruxeris'. Cum initio Frontonis epistolae ad Marcum 'de nepote amisso' scripto (p. 232) Maius contulit Quint. lib. VI, prooem.

Sed ne in coniecturis versemur, singula videamus.

*Conferendi sunt:*

**Fronto.**

**Cato.**

- |   |   |
|---|---|
| 121, 21 habes fratrem fortem, virum bonum dicendi peritum.  | p. 80, 1 Orator est, Marce fili, vir bonus dicendi peritus. |
| 133, 4 et 5 post... sanguinem satis strenue et promptly demissum <sup>78</sup> ), liberatum esse te periculo. | p. 65, 5 Sanguen demittatur.                                |
| 221, 10 inter tela volantia.  | p. 86, 4 sub tela volantia.                                 |

Praeterea Fronto e Catone videtur hausisse: consilius (p. 128, 9) lib. inc. p. 89, 3 (cf. Gell. IV, 9, 12; Sidon.), iligneus p. 155, 19 (iligneis nucibus Catonis) e certa ut videtur O. Iahnii coniectura pro codicis lectione 'igneis' de re rust. 18 (cf. Colum. VI, 3, VII, 6), impraesentiarum<sup>79</sup>) (p. 71, 6) de re rust. 144, profanare, *ῥίειν* (p. 226, 22) de re rust. 50, sublimiter (p. 54, 20) de re rust. 70, vadimonia sistere (p. 228, 17) orat. p. 60, 3; sed hoc etiam apud Plautum legitur.

**Sallustiano** colore compta atque expolita sunt epistula ad Verum Imperatorem (p. 119—129) et commentarius de principiis historiae conscriptus (p. 202—210). Quod non minus et vocabulorum et sententiarum similitudine quam adfectata nonnunquam Sallustii in dicendo brevitate quam Fronto captabat atque infinitivorum historicorum quos dicunt frequentia (p. 207, 7 sq. et p. 128, 21 seq.) evincitur. Addenda sunt:

**Fronto.**

**Sallustius.**

- |  |  |
|--|--|
| 128, 12 Exercitus tibi traditus erat luxuria et lascivia et otio diutino corruptus.  | Iug. 44, 1 <sup>80</sup> ) exercitus ei traditur a Sp. Albino proconsule iners imbellis.   |
|  | ibid. 5 quaecunque dici aut fingi queunt ignaviae luxuriaeque probra in illo exercitu cuncta fuere.  |
| 128, 13 Milites Antiochiae adsidue plaudere histrionibus consueti, saepius in nemore vicinae ganeae quam sub signis habiti | ibid. 5 Sed neque muniebantur, neque more militari vigiliae deducebantur; uti cuique lubebat ab signis aberat; lixae permixti cum militibus diu noctuque vagabantur et palantes agros vastare... eaque mutare cum mercatoribus vino advectitio et aliis talibus. |
| ibid. 23 Alea in castris frequens, somnus pernox, aut in vino vigilia <sup>81</sup> ).                                     |  |

<sup>78</sup>) Heindorf. corr. 'emissum'; Eckstein coll. Cels. II medicos dicere 'sanguinem mittere' adnotavit. Sed codicis lectio illo Catoniano loco comprobatur. — <sup>79</sup>) vide partic. I, p. 10. — <sup>80</sup>) Hos locos iam contulit Maius. — <sup>81</sup>) Versum hic latere suspicatur Klussmann, emend. Front. p. 78: somnus pernox aut in vino vigilia.

## Fronto.

- 206, 17 . . . Syriatici milites, seditiosi, contumaces, apud signa infrequentes . . . praesidiis vagi . . . ac palantes de meridie . . . temulenti<sup>82</sup>).
- 204, 7 Vagi, palantes . . . .
- 128, 21 Pauci militum equum sublimitus insilire.
- 127, 15 belli scientes.
- 203, 20 Macedonum opes torrentis modo . . . occiderunt\*).
- 208, 15 bellum, si vellet, condicionibus poneret\*).
- 155, 12 Parum eloquentiae et<sup>83</sup>) sapientiae nihil\*).
- 195, 15 Ille qui esse quam videri bonus maluit\*).
- 182, 16 omnes iuxta mecum scire velim<sup>84</sup>).
- 25, 17 dicam quid cum animo meo reputem<sup>85</sup>).
- 183, 9 Plerique omnes . . . frustra fuerunt<sup>86</sup>).
- 117, 19 spes opesque omnes in vobis sunt solis sitae\*).

## Sallustius.

- Iug. 45, 3 ut cum signis frequentes incederent
- Iug. 18, 2 vagi palantes quas nox coegerat sedes habebant.
- hist. V, 3 armatus equum insilire.
- Iug. 97, 5 scientes belli (cf. hist. II, 71. Iug. 100. 3).
- hist. I, 12 maiorum mores . . . torrentis modo praecipitati.
- Iug. 112, 1 posse condicionibus bellum poni.
- Cat. 5, 4 satis eloquentiae, sapientiae parum.
- Cat. 54, 5 esse quam videri bonus malebat.
- Cat. 58, 5 iuxta mecum omnes intellegitis
- Iug. 70, 5 proinde reputaret cum animo suo
- Iug. 85, 6 et illi frustra sint.
- Iug. 114, 4 Et ea tempestate spes atque opes civitatis in illo sitae<sup>87</sup>).

Ex vocabulis phrasibusque apud Sallustium usitatis Fronto usurpavit: fortia facinora p. 204, 20 cl. M. Aurel. p. 68, 7 (Iug. 83, 8; 85, 4 et 21; Cat. 59, 6; cf. Ovid. met. IX, 150, Amm. XXII, 8); mortales<sup>88</sup>) p. 203, 15; 233, 2; 238, 5 et saepius; in tempore p. 133, 19, cl. Ver. p. 129, 21 (hist. I, 18); hac tempestate p. 222, 15, cl. M. Aurel. p. 75, 22 (Iug. III, 1, hist. I, 41, praeterea saepissime ap. Sall.); ad hoc locorum p. 193, 8 (Iug. 63, 6 ad id locorum; id. Val. Ant.)

## Fronto.

- 134, 20 Postremo si quid humanitus . . . mihi accidisset.
- 215, 18 [Mallet] de Favorini nostri pigmentis fuci quisnam appingere [mus]
- 161, 13 Revertere potius ad verba apta et propria et suo suco imbuta.
- 146, 18 Ubi illud acumen tuum?

## Cicero.

- Phil. I, 4, 10 si quid mihi humanitus accidisset.
- de orat. II, 45, 188 tam sine pigmentis fucoque puerili.
- de orat. III, 25, 96 Ornatur igitur oratio . . . quasi colore quodam et suco suo.
- Tusc. I, 6, 12 Ubi est acumen tuum?

<sup>82</sup>) Ad. Eussner, ann. philol. Fleckeisen. tom. CXI p. 766 coll. Iug. 44, 5 scribendum proposuit 'vagi diu noctuque ac palantes'. — \*) locos asterisco a me signatos composuit quoque Frid. Vogel. l. c. — <sup>83</sup>) illud et a Hauptio deletum esse monet Vogel. adnot. 4. — <sup>84</sup>) cf. partic. I, p. 14. — <sup>85</sup>) cf. partic. I, p. 15. — <sup>86</sup>) cf. partic. I, p. 14. — <sup>87</sup>) vide supra p. 2. — <sup>88</sup>) vide Front. ap. Gell. XIII, 29.

## Fronto.

- 232, 5 Multis huiusmodi maeroribus fortuna  
me per omnem vitam meam exercuit.  
152, 19, in eorum rationibus semper obscuri  
aliquid et tortuosi.  
89, 20 et 21 inguem ex ulcere extitit<sup>89</sup>.

## Cicero.

- Tusc. V, 1, 3 eos casus in quibus me fortuna  
vehementer exercuit.  
de div. II, 63, 129 obicere his visa quaedam  
tortuosa et obscura.  
pro dom. 5, 12 tu in hoc ulcere tanquam  
unguis existeres.

Sunt praeterea alia eaque non pauca in Frontonis epistulis quae etiam in Ciceronis scriptis inveniuntur verba notabilia ut p. 146, 8 'Discere te autem ceratinas et soritas et pseudomenus, verba contorta et fidicularia' (cf. Cic. acad. prior. II, 48, 147, II, 24, 75), alia quae tamen fere omnia cum artis rhetoricae propria sint atque occasione oblata ab aliis usurpata, ad studium quod antiquarius noster in Ciceronis scriptis collocavit legendis nihil valent.

Cum **Livio**, quod sciam, Frontoni phrases communes sunt et voces: desuetudo (bellandi) p. 206, 13 (L. I, 19 armorum desuetudine), bellum instaurare p. 206, 12 (L. XXXVII, 19, XXIV, 42) locus paenitendi p. 207, 24 (L. XXIV, 26) precibus fatigare p. 237, 10 (L. IX, 20 et 27) renuntiare amicitiam p. 219, 20 (L. XXXVI, 3, XLII, 25), arx inexpugnabilis 121, 4 (L. II, 7), imperitare p. 124, 4 saepissime apud Livium; vide Drakenb. ad I, 17; cf. XXI, 1.

**Taciti** vestigia Fronto videtur subsecutus esse:

- 144, 8 novissimum namque homini sapientiam colenti amiculum est gloriae cupido. Id novissime exiit. cf. hist. IV, 6 erant quibus adpetentior famae videretur, quando etiam sapientibus cupido gloriae novissima exiit.  
189, 3 In forum descendit natalibus nobilis. hist. IV, 15 claritate natalium insignis.

